

Inter predictos novem fuerunt pauperes et coram facultate eorum probabant paupertatem, videlicet Leonhardus Scheffer de Smalkaldia, Erhardus Walther de Winbheym, Iohannes Pauli de Mellerstadt, Nicolaus Schoth de Beskow, Iacobus Loße de Freybergaw, Benedictus Thomas de Kemnitz, Steffanus Behm de Grefintael, Ioannes Steynpeyß de Schonwaldt et Wentzeslaus Reßenbergk de Plana.

1500 Sommersemester. 182. Decan Iohannes Peylick von Zeitz.

Decanatus magistri Iohannis Peylick de Czeytz, utriusque iuris baccalarii, de nacione Misnensium. Anno domini millesimo quingentesimo Sabbato ante Georgii, quod fuit vigilia Pasce, electus fuit in decanum facultatis arcium magister Iohannes Peyligk de Czeitz. 1500
April 18.

Clavigeri et executores { mgr. Magnus Hundt de Magdeburgk
mgr. Virgilius de Saltzburga.

Taxatores { mgr. Magnus
mgr. Conradus Loer
mgr. Virgilius
mgr. Iohannes Peyligk de Czeitz.

M 167.

Visitatores { mgr. Conradus Loer
mgr. Virgilius
mgr. Petrus Kwnne de Nunburgk.

Anno domini, quo supra, sexta feria ante Penthecosten convocatis magistris de consilio facultatis sub hoc tenore: „Reverende magister, sitis hodie hora duodecima in stuba facultatis ad dispensandum cum baccalariandis etc., item ad interloquendum finaliter et concordandum, quid fieri debeat cum libraria facultatis“ conclusum erat post multas interlocuciones hincinde habitas, quod facultas arcium sub annuo censu deberet conducere ambas librarias, sic quod per mutacionem unam daret dominis de collegio maiori sexaginta octo grossos pro censu, ubi et conclusum erat, quod deberet fieri extensio librarie, sic quod ex ambabus fieret una et lata, sic quod libri facultatis, qui plures sunt et in dies sperantur ex legatis augeri, commode et bene locari possent, attento eo, quod hec libraria foret ad magnum decus, honorem et utilitatem facultatis arcium necnon tocius universitatis. Et ut talis extensio huius librarie debite fieret et decenter pro honore facultatis, prefata facultas deputavit ad hoc suos edituos, videlicet magistrum Henricum Grewen et magistrum Nicolaum Kleinsmethht de Curia, qui diligentem in commissis fecerunt execucionem. Juni 5.

Anno, quo supra, quarta feria in festivitibus Penthecostes electi fuerunt per sortem more solito in examinatores baccalariandorum de quatuor nacionibus subscripti, videlicet: Juni 10.

Examinatores { mgr. Henricus Grewen
mgr. Mathias Frawendinst
mgr. Ioannes Malisch de Newstadt
mgr. Virgilius Wellendorffer,

per quos admissi sunt baccalariandi subscripti: